

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1866

De S. Hieronymo Episcopo Et Confessore Niverni In Gallia. Sylloge.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](#)

A *Saussayus quidem in Martyrologio suo Gallicano de SS. Firmato et Flavia hodie ita præterea memorat: Autissiodori sanctorum Germanorum Firmati diaconi et Flavianæ virginis Deo sacrate, qui, pura castitatis et fidei obsequia Christo toto vita cursu impendentes, virtutum locupletati meritis ad sempiternæ gloriae gaudia commigrarunt; verum, cum haec ex diaconi,*

quo Firmatus functus est, officio, et ex virginis Deo sacrate qualitate, qua Flavia seu Flaviana eluxit, consecraria fere dumtaxat sint, nihil valde notatu dignum ad suppeditatam hactenus aliunde de Sanctis notitiam superaddit, nec, etsi quid superadderet, fidem faceret, utpote scriptor dumtaxat recentior.

AUCTORE
C. B.

DE S. HIERONYMO EPISCOPO ET CONFESSORE

NIVERNI IN GALLIA.

J. G.

SYLLOGE.

ANNO DCCXXVI.
S. Hieronymus, Nivernensis ep., cuius Ecclesiasticus cultus indubius est,

Nivernum, episcopalis Galliarum urbs ad fluvios Ligerim Nivernique sita, præter inclitos sanctitati præsules, Eoletum, Agricolam, Deodatum, Itherium, Aregium et Eutatum, de quibus suis locis in nostro Opere actum est, gloriarri merito potest, celesti sibi munere datum etiam fuisse S. Hieronymum nostrum, cuius munificentia a pastorali sollicitudine suis non parum splendor accrescit. Quod autem, ut non nemini videri mirum poterit, sancti Præsulii nostri nusquam meminerunt Ado Veneriensis et Usuardus, qui eodem seculo, quo is obiit, satis proiecto, suo Mrl. conscriperunt, in causa, arbitror, fuit, quod vel neicum anno 858 mo nec anno 875 apud Nivernenses multum viget, vel extra horum terminos haud ita explorata omnibus esset Ecclesiastica ejus veneratio. Ut ut sit, non est, cur d'legitimo ejus cultu ullatenus nunc ambigamus. Etenim, præter Nivernensis ecclesie Breviarium, teste hodierno ejus antistite, sub annum 1450 manu exaratum, quod Hieronymi nostri festum die 5 Octobris statuit, Ecclesiasticum ejus cultum itidem testatur Michael Cotignonus, Nivernensis canonicus et archipresh., in suo Catalogo historico episcoporum Nivernensium, anno 1616 typis edito, ubi pag. 36, in abbatiali ecclesia Nivernensi S. Martini, in qua et sanctus noster sepultus fuit, exstare sacellum asserit ejus nomini dicatum, sanctasque ejus reliquias in lipsanotheca honorifice asservare fidelibusque in veneratione esse, non minus diserte affirmat. In submissa ad me de Sancti cultu gestisque notitia addit humanissimus vir dominus Parmentier, Nivernensis historicus, quam primum in lucem edendæ, auctor eruditus, in memorata lipsanotheca, que ex ligno deaurato confecta est, servari Acta elevationis ejus corporis, eamque ab illustrissimo Nivernensi episcopo, Eustachio Dulys bis reservata rite fuisse, cum nemp hic anno 1615 die 8 Novembris altare princeps parochialis ecclesie S. Victoris consecraturus, ex ea desumpsit, quae huic pro more Ecclesie insereret sacri corporis reliquias, ac rursum, cum anno 1616 die 9 Octobris sacellum S. Bertrandi in ecclesia prioratas B. Marie Virginis de Fagia solemni ritu benediceret.

2 His adde bina auctaria Usuardina, anno 1338, laudato Nivernensi hodierno præsule teste, conscripta, que Ecclesiastice S. Hieronymi venerationis antiquitatem ulcumque ostendunt. In

utroque enim ad diem 5 Februarii de Antistite nostro, tamquam de indubio Sancto, mentio fit, adjiceturque in unius ex his Auctaris margine dies 5 Octobris, seu quod aliquando, hoc die e viris excessisse Hieronymus creditus fuerit, seu quod ejus memoria Officio Ecclesiastico eodem die celebrari antiquitus solita sit, ut ex vetusto Nivernensi Breviario supra citato ac Nivernensi Kalendario anno 1637 edito, erui quoque potest. Atque hinc martyrologi recentiores, puta Saussayus, Castellanus, Franciscus Giry et auctor Parisiensis Mrl. anno 1727 editi, Sanctum nostrum etiam celebrant die 5 Octobris, et nos pariter tum horum exemplo, tum laudati Breviarii Ms., Nivernensisque Kalendarii auctoritate nixi, tametsi resistere videantur Guido Coquilius et Sammarthani fratres, qui festam sancti lucem statuant diem 8 Octobris, de eo hodie, quantum per instrumentorum inopiam licet, disserere decrevimus. Martyrologorum, quos jam laudari, uti et Florarii nostri Ms. annuntiationes, propterea quod aliae præter Sancti nomen dignitatemque nihil singulare referant, aliae vero, que paulo suiores sunt, veritati undeque non consonent, hoc transcribere supervacaneum duxi. Sufficiet adeo pro omnibus his martyrologiis Parisiensis annuntiatione, que pag. 43 inter Addende et Emenanda exstat, his verbis concepta: Tertio Nonas Octobris Niverni sancti Hieronymi episcopi tempore Caroli Magni imperatoris, qui ejus ecclesie multa dona contulit. Quia quam vera sit annuntiatione, ex infra dicendis liquescet.

3 Quod ad sancti Præsulii nostri Acta spectat, illius, haud secus atque aliorum quorundam Nivernensium antistitium, Acta primigenia sincera que vel nobis inviditi oblieiosa aut indiligens refutata, vel rapuit bellorum temporumve injuria. Aliud ergo reliquum hic non est, quam ut, que sparsim alibi de eo testimonia existant, in unum colligantur, quibus hic Christiano orbi utcumque innotescat. Id priusquam aggrediar, lubens profiteor, me viro humanissimo, domino Mercier, nunc, cum huc eduntur, reverendissimo abbati S. Leodegarri Suessionensis, plurimum rursus debere; quippe cuius diligentissima et opera et cura factum est, ut tum illustrissimus D. Joannes Antonius Tinseau de Bellay, Nivern. episcopus hodiernus supra laudatus, tum eruditus supraqque memoratus auctor novæ Nivernensis Historiæ conatibus meis aspiravit, ac tandem cum sibi per tempus licuit, dilucidas eruditasque submiserint notias, quibus quam ante amplexus fuerant de

Sancti

AUCTORE
J. G.

Sancti xstate gestisque aliquot sententiam, et abunde confirmatam et non una ex parte illustratam fuisse, leto gratoque animo agnosco. Sed ad ipsa nunc, que de Sancto nostro in disceptationem cadunt, principia capita veniamus; atque pro ceteris, an ille anno Christi 843 sub Sergio PP. II et Carolo Calvo, Francorum rege, uti Cotignonius pag. 31 et 35, Saussayus in Mrl. Gallicano aliique indubitanter adstruunt, Nivernensem cathedram tenuerit, eamque anno 848 suo obitu vacuam fecerit; an contra, uti Coquilius in sua Nivernensi Historia pag. 44 affirmat, jam ante annum Christi 818 episcopalem sedem cum cœlesti throno communari, indicatis utriusque litigantium partis monumentis, dispiciamus.

sed sub Carolo Magno il-
lius avo,

4 Si Cotignonum pag. 35 loquenter audiamus, non antiquis tantum Legendaris, veteribus cartis, librisque manu exaratis, sed et Nivernensis ecclesiæ insignibus, vetusto Brevario communique indigenarum traditione sua sententia fulcitur. Quæ vero ad stabiliendam oppositum priori sententiam Coquilliis pag. 37 et 40 monumenta laudat, hac alia non sunt, quam veteres ejusdem ecclesiæ chartæ, quas tamen ipse non magis, quam Cotignonis, singillatim indicat, si unam excipias a Carolo Calvo datam, quam pag. 39 haud satis accurate Herimanni Nivernensis episcopi carta appellat; ut adeo prima fronte soloque laudatorum utrimque monumentorum numero spectato, potius a Cotignono, quam a Coquillio standum pronunties. Verum, si vel solitus laudati Carolini diplomatici, anno Christi 841 emissi, auctoritatem fidemque cum Mabillonio et Cointio consideres, eaque, que de Hieronymo nostro illie leguntur, attente perpendas, manifestum evadet, memorata Cotignono documenta nec id xstatis nec auctoritatis habere posse, ut contra Caroline chartæ testimonium minime recusandum, Sancti nostri episcopatus initium anno 843 ex iis statu plurimiliter possit. Elenchi in hoc diplomatico, anno, ut jam mox monui, 841 edito, memoratur Hieronymus, civitatis Nivernensis episcopus, et, quod rei caput est, memoratur, ut non in vivis, ast contra ut non modo ante tempore defunctus, quandoquidem inter Herimanni Nivernensis antistitis decessores computatur, neve de eo, quo sederit, tempore ambigendi locus supersit, eum sub Carolo Magno, atque adeo ante annum 841 episcopum fuisse, villasque et cellulas ab eodem imperatore ad ecclesiæ suæ usum recepisse, discretissimis verbis ejusdem imperatoris ex Ludovico Pio Nepos testatur.

*ex diplomate
prefati Caro-
li Calvi, cu-
jus verba
partim reci-
tantur.*

*5 Quæ ad rem nostram faciunt, juvent ex Mabillonio de Re diplomatica lib. vi, pag. 527 hic verba recitasse. Ita inter alia illic loquitur memoratus jam mox Caroli Magni nepos: Quo circa notum sit.... qualiter vir venerabilis Herimannus, Nivernensis ecclesiæ pontifex, celitudinibus nostræ adiens clementiam, deprecatus est serenitatis nostræ potestatem, ut praecipit auctoritatis sive electionis vel immunitatis ei fieri juberemus regali celsitudine corroboratum, sicut suis antecessoribus Hieronymo et Jona, pontificibus insignis prosapia nostra fieri decrevit, videlicet avus noster bona memoria invictissimus Augustus et æquivocus (*nempe Carolus, cognomento Magnus*) nec non et genitor noster piissimus imperator (*Ludovicus Pius*) germanusque Pipinus (*Aquitania rex*) devoutissime fecerunt, per quod res memorata ecclesiæ firmiter in omnibus mundanis actionibus ac querelis quiete teneri ac defendi legaliter potuerint,*

quod in auctoritatibus prædecessorum nostrorum continetur. Et post pauca, ita pergit item Carolus Calvus: Dominus et avus æquivocus noster sicut in auctoritate genitoris nostri continetur, ad petitionem Hieronymi, quondam ejusdem civitatis episcopi, pro commercio animæ sue ac renumeratione ipsius sancti loci ejusdem ecclesie, ex ipsis rebus propriis villas et cellulas reddidit cum mancipiis vel alii facultatibus, qua dudum abstractæ fuerant, quibus et ipse locus melius subsistere potuisset, et Dei servitum et sibi suisque successoribus liberius ibidem peragi. Quibus verbis nemo, qui eruditus sit, asseri non videt, jam ante emortualem Caroli Magni annum, seu ante 841, Hieronymum nostrum Nivernensis ecclesiæ antistitem extilisse, tantumque abesse, ut anno 843 illius cathedralm ascenderit, ut contra jam tunc certe binos, imo quatuor, judge Cointio ad annum 841, num. 6 et seqq. a suo obitu in eam successores haberet.*

6 At, quia nonnullis plus ex quo popularibus traditionibus addictis, unius chartæ testimonium impar videri poterit, quo adductorum a Cotignono documentorum complurium auctoritas elevetur, audiunt illi et alii non minus dilucidum testimonium, quod prefatus Herimannus, Sancti nostri remotus successor, in rem nostram suppeditavit. Exstat hoc apud Harduinum tom. V Conciliorum col. 21 et 22 in Additione ad concilium Parisiense, anno 849 habitum, uti et apud Cointium in Annalibus eccles. Franc. ad annum 841, n. 3, ubi de Hieronymo et Jona, quos, ut dictum est, in Nivernensem sedem decessores habuerat, deque redditis ecclesiæ suæ bonis ita Herimannus loquitur: Fuit enim olim ipsa civitas (Nivernensis) cum aliis suæ parochiæ locis nobiliter et canonicæ ordinata: sed prædiciente hostium perturbatione regumque dissensione, res ipsius ecclesiæ convulsæ et dilaceratae extiterunt, sicut plenus cognitionis est, omnisque ordo religionis funditus annulatus. Sed dominus Carolus, invictissimus Augustus, (cognomento Magnus) clemens Dei tactus, partem ex rebus memoratae ecclesiæ reddidit Hieronymo episcopo, ad sacra loca restauranda vel munienda: quæ loca dum canonicæ restaurare vellet, migravit ex hac vita. Postmodum Jonas episcopus, antecessor noster, in quantum potuit et tempus dictavit, in ipsa ecclesia labore non destitutus. Cum itaque sanctus episcopus noster, sibi ex parte redditis a Carolo Magno ecclesiæ suæ bonis, sacra dioceseos suæ loca canonice restaurare decreverit, hisque omnibus needum restauratis, ex hæ vita ad Superos migrarat, nactus successorem Jonam, qui illius cepta, ut potuit, promovit, atque dein, teste Baluzio in Notis ad Capitularia tom. II, col. 4112, Parisiensi consilio interfuit, hinc meridiana luce clarius fit, non posse Sancti nostri episcopatus initium temporibus Caroli Calvi regis illigari, qui certe non ante annum 823 in lucem editus fuit, nec ante annum 840 regnare exorsus est.

7 Quarrel fortasse non nemo, quandonam ville et cellulae, a Carolo Magno Hieronymo nostro redditæ, Nivernensi ecclesiæ abstractæ fuerint, seu quænam illa sit ab Herimanno relata hostium perturbatione regumque dissensione, cuius occasione ejusdem ecclesiæ res convulsæ et dilaceratae extiterunt? Non hic sermonem esse de calamiosis Gallix temporibus bonorumque ecclesiasticorum directionibus, que filiorum Ludovici Pti in patrem suum conspirationem et rebellionem consecutæ sunt, tametsi Cotignonus aliisque in Elogio S. Hieronymi

D

*uti et ex ad-
ditione ad
concilium
Parisiense
anno 849 pro-
batur.*

** i. e. diace-
ses*

*De tempore
ablationis bo-
norum, que
Sancto nostro
a Carolo Ma-
gno restituta
fuerunt,*

AUCTORE
I. G.

A nym id contendant, tum ipsamet Caroli Calvi verba, quibus ecclesiaz Nivernensi facultates dum ante sua tempora abstractas fuisse asserit, aperte demonstrant, tum etiam ex eo liquet, quod a Carolo Magno Nivernensi ecclesie restitui nequerint, quia huc non nisi post ejus mortem, nepotum suorum adversus Ludovicum Pium conspirantium occasione ablata bona fuerunt. Si augurari in re non satis expresso nec explorata licet, putem, non de aliis ecclesiez Nivernensis honorum direptionibus hic agi, quam de alterutra ac fortassis utraque, qua Caroli Martelli turbulentis temporibus contigit, cum nempe, Francis inter se dissidentibus, plurimaque civilia bella commoventibus, uti apud Labbeum tom. I Bibliothecaz libb. MSS. pag. 429 narratur, Savarius Autissiodorensis episcopus, a status sui ordine declinans, et secularibus curis plus, quam decaret pontificem, insistens, præter alios pagos seu ditiones, Nivernensem militari manu invasit, suisque ditionibus subjunxit; vel eo demum tempore, quo præfatus Martellus contra Chilpericum regem et Ragenfredum Majorem domus bellum gessit, sibiique Clotario quodam ad deum Theodorico in regem constituto, res ecclesiastarum suis militibus, et episcopatus laicis sibi fidis dedit, ut Hariulphus monachus in Chronicô Centulensi lib. II, Adrevaldus Floriacensis monachus, et Virdunensis Chronicus auctor apud Bouquetum tom. III affirmant. Quæ tandem ecclesiastica bona vel ad regium fiscum jam devoluta, aut a laicis adhuc possessa piissimus imperator Carolus Magnus, cum verosimiliter ex integro non posset, ex parte saltem Hieronymo restituit, restituive præcepit, ut eorum subsidio sanctus Præsul ecclesie suæ necessitatibus prospiceret, sacrasque aedes collapsas restaurare aggrederetur; qui et pro pastorali sua sollicitudine manum operi illico admovere statuit, cujusque conatus, uti infra dicetur, sola mors stitit.

B Atque hinc rursus patet Legendariorum chartarumque, quibus Cotignonus nititur, sublestas fides juniorque etas, dum occasione somni, Carolo Calvo oblati, S. Hieronymo ecclesie sua bona restituta fuisse narrant. Pudet recensere prolixam narrationem, quam plane confictam esse, nemo diffitebitur, qui adverterit, jam ante, quam natus esset Carolus Calvus, Præsul nostrum defunctum fuisse, nec fieri potuisse, ut a S. Amatore, Autissiodorensi episcopo, ante annum Christi 344 verosimiliter nato et sub etatis sua septuagesimum annum defuncto, S. Cyrici reliquias Hieronymus accepit, qui illo quatuor circiter seculis junior extitit. Mitto confutare alia absurdâ, quibus narratio illa scatet, quæque nihil magis credibili fieri possunt ob confessas a paucis secundis picturas aut Nivernensis ecclesie insignia, quæ S. Cyricum apro insidente exhibent, qualis Carolo Calvo in somnis apparuisse, honorumque ecclesie restitutioni occasionem dedisse fertur, cum monumenta hac, quibus addit et traditionem populariæ iis consentientem, minus antiqua nec satis solida sint, ut propterea a Caroli Calvi et Herimanni auctoritate recedamus, aut fabulosa narrationi vel tantilla fides adjungi debeat. Laudata a Cotignono monumenta vidit præfatus Guido Coquilius, cum ederet anno 1622 Nivernensem Historiam; at meritissimo jure illa spreuit, nec minus recte, quam sincere, contra horum ac Legendariorum testimonium affirmavit, Hieronymum nostrum, regnante Carolo Calvo, non viruisse; ita simul insinuans, se etiam pro fabu-

losa habere, quam illa referunt de S. Cyrici ac furibundi apri in somnis apparitione, deque hanc subsecuta honorum ecclesie restituzione historiam. Et quamquam nonnulla etiam bona ac mancipia, quibus postmodum sub Ludovico Pio, nimirum rebellionis tempore, uti in præfato diplome dicitur, expoliata fuerat, Nivernensi ecclesiez a Carolo Calvo reddita fuisse videantur, potuit hæc restitutio fieri absque mirabili illo somnio ac S. Cyrici apparitione, de quibus nullam etiam mentionem rex facit in illo diplome, quo ecclesiez Nivernensis instrumenta amissa renovat, factasque antiquitas donationes confirmat. Accedit, quod facta, a Carolo Calvo honorum ecclesiez restitutio, ut diploma insipienti manifestum fiet, nihil plane ad Hieronymum, sed tota ad Herimanum, remotum illius successorem, spectet.

C 9 Fizum igitur certumque maneat, Hieronymi non probatur nostri episcopatum, non Caroli Calvi, sed avi ejus, Caroli Magni temporibus, seu primis saeculis ix annis, ex parte saltem innectendum esse. Cetera, quæ ad Sanctum attinent, priusquam pro-

separar,

conveniendus mihi est laudatus Coquilius,

dum Historia Nivernensis pag. 40 asserit, præ-

fati Caroli Magni etate tam inopem fuisse

Nivernensem ecclesiam ejusque antistitem, ut hic

cum canonice suis in S. Martini monasterio alien-

dus fuerit, nec haberet, cum ad nationale conci-

lium sese conferret, unde alia, quam asini ectura

uteretur. Quæ si vera sunt, consequi videtur, ut,

quæ de instauratis ab Hieronymo extuctisque

de novo ecclesiis perhibentur, a veritate aliena

sunt. Ast expendamus obiter, ex quorum auctoritate tantam Nivernensis ecclesie et Episcopi pa-

periem Coquilius asseruerit. Quotidianam ejus

ac canonicorum in S. Martini cœnobio refectio-

nem primus, quod sciam, tradidit Cotignonus,

Coquilius paucis annis antiquior, ac proin sine

veterum de tam antiquo facto testimonio minime

admittendus testis: ejus vero ad nationale con-

cilium sine ullo ornatu aut famulito profactionem

Coquilius adstrues, solum laudat S. Cyrici Le-

gendarium, de cuius antiquitate cum silent, suspi-

cor, vel idem esse, vel non melioris note, quam

illud, unde Cotignonus mirabilem S. Cyrici appa-

ritionem, supra refutatam, descriptis. Quidquid

id est, neutiquam admittendam esse tantam Ant-

istitis nostri inopiam, cum eruditio domino Par-

mentario demonstrare visum est.

D 10 Quæ priorem Coquilli assertione ad-
mitti pro verò velant, in primis haec sunt: quod
S. Hieronymus, sin minus alia ex paterna here-
ditate, certe ex legitimo acquisitione, uti ex au-
tographa Carta Nivernensi, anno 817 data,
liquet, in Marinaciensi territorio bona possede-
rit, que Antidio, Odiloni et Bernoico, suis, ut
laudatus Parmenterius conjicit, hereditibus trans-
misit, quæque et ipsi postea S. Stephani Salvia-
niensi oratorio donarunt; deinde quod, teste
Carolo Calvo in memorato supra diplome, a
Carolo Magno redditæ Hieronymo fuerint villa
et cellulae cum mancipiis aliisque facultatibus,
quibus et ipse locus melius subsistere posset, et
Dei servitum tam ab Hieronymo, quam a suc-
cessoribus ejus liberius ibidem peragi, que ne-
quaquam conciliari cum illa assertione possunt,
que Episcopum cum suo clero quotidie cibi
sumendi causa ad suburbanum cœnobium indeque
ad cathedralē ecclesiam concursantem facit.
His sancti Antistitis bonis adde quotidianas fide-
lium oblationes, ac piissimi imperatoris Caroli
Magni ex testamento collata non vilia dona;
fietque

AUCTORE
J. G.

AUCTORE
J. G.
**factum manifestum, non eo inopix redactum
fuisset cum suo clero Episcopum nostrum, ut
alieno aut emendato cibis victitandum sibi in
illo canobio fuerit. Ast hoc dumtaxat ante
factam jussu Caroli Magni bonorum ecclesie re-
stitutionem contigisse, adstruere Coquilius vol-
uerit. Sit ita. Verum neque sic ejus admittende
est assertio, quodquidem in illa etiam hypo-
thesi, uti eruditus auctor Novæ Historiæ Nie-
vernensis in sua ad me missa Notitia recte advertit,
tunc ab episcopo ac clero alimentorum gratia
minime frequentandum fuisset S. Martini cano-
biuum, quod, utpote Nivernensis urbis mænibus
exclusum, militum prædominante licentia ac
furore hanc ita immune erat; quodque a Vandolo-
rum devastatione needum plene erectum, pos-
ipsa etiam S. Hieronymi tempora suis incolis
opibusque ita exhaustum mansit, ut Herimannus,
ejus successor, illud utecumque a Sancto nostro
antea reparatum, 16 canonici a se institutis in-
habitandum dederit, atque tum ex propriis, tum
ex ecclesiæ sue bonis, unde hi alerentur, stipen-
dia concedere necesse haberuit, prout apud lau-
datum Cointium in Annalibus ecl. Franc. ad
B annum 841, num. 3 ex ejusdem Herimanni
carta illic edita videare est. Denique si vel sola
habetur ratio facte utcumque anno 806 a Sancto nostro
ejusdem canobii reparacionis, dilucide
patebit, potius Martiniani canobii incolas ab
Antistite nostro sustentando fuisse, quam hunc
cum suo clero ab iis quotidie in illo canobio
fuisse nutritendum.**

Ms. sua Notitia ad annum 806 ita scribit : D
S. Hieronymus, Nivernensis episcopus, repa-
ratus S. Martini et S. Genesii seu beatae Ma-
rie Virginis cœnobitis, cathedralem ecclesiam
(anno 806) reedificare incipit. De novo S. Ste-
phani Salviniacensem ecclesiam extrui jubet,
S. Vincentii vero Magniacensem ecclesiam in-
staaurat. *Hactenus ille, laudans in margine Nive-
nensis ecclesie Cartularium, cuius monumenta
huc spectantia, cum needum typorum beneficio
mihi preluxerint, non habeo, unde Parmenterii
de initio episcopatus Sancti nostri deque instau-
ratarum sacrarum xđium anno sententiam aut
stabilitam, aut infirmem, quamquam nullus mihi
dubitandum locus esse videatur, quin diligens ille
accuratusque scriptor non temere gestorum S. Hie-
ronymi chronotaxim in hunc modum ordinari,
ipsique adeo in hac re haberi fides non immerito
possit. Falsus hic ergo fuerit Cointius, dum in
Annalibus eccles. Franc. tom. VII, pag. 469 ad
annum 814 Nivernensis ecclesie antistitem Gal-
donem statuit, cum eo tempore jam annis 46
huius praesesset Hieronymus noster; sed et a veri
specie longius aberravit Coquilius, cum cumdem
Præsulem, qui quatuor ecclesias uno anno re-
ficiendis instabat, ita tum paternis tum ecclæ-
siasticis bonis destitutum fuisse, tradit, ut ne
quidem habetur, unde se suosque domesticos ale-
ret, sed victimus querendi causa S. Martini cano-
biuum, quod ipsem ex parte instauravit, adire
compellereverat.*

E
43 At ex Herimanni verbis, num. 6 recitatis cu-

*et fere nullo
apparatu ad
concilium
Turonense in
debuerit haec
verisimilis
non est.*

11 Ad alteram Coquillii assertionem refellendam jam progredi, atque etiam admisso, quod Sanctus noster ad Turonense concilium esse conservens, tam vili, ut S. Cyrici Legendarium tradidit, vectura usus fuerit, hinc nihil pro tuenda summa ejus inopia confici posse, cum laudata jam saepe Parmenterio contendo. Ita fere ipsa Gallico tamen idiomatica, disserit. Cum hinc, inquit, summam S. Hieronymi egestatem adstrinxerit Coquilliis, vir alias acribi iudicio, non observavit, suos singulis ætatis peculiares agendum modos fuisse, ac potuisse Hieronymum ex Christiana humilitate modestiaque ea vectura sponte sua uti, potius quam egestate compulsum. Et postquam sua dicta imedita scriptor tum Joannis Scholastici, Constantinopolim cum tali jumentaria solemniter ingredientis, exemplo, tum ex Theodori Studiti, suos vel pedibus ire vel asino vehementibus testamento, sub annum 813 confecto, stabilitivit, ita mox pergit: Credibile est (tempore S. Hieronymi) vecturam illam, ut episopis decentiorem habitam fuisse, visamque esse hujusmodi, ut eam Iesu Christi Domini exemplo abhorrente antistites minime deberent. Quod, ut et alia, quæ de eodem argumento, deque Praxis ejusdem in ecclesiis munifica liberalitate subtili, antiquitatis testimonio conformiora ad multo certe probabilitatem sunt, quam asserta a Coquillio et sinistra adversus superioris sicuti præsulles interpretatione respersa sancti Episcopi nostri inopia, quam tantum abest, ut monumenta satis antiquæ certerque fidei confirmant, ut ex adverso hac illam credi, omnino vetent.

*Chronologica
serie magna
ejus in ex-
struendis
ecclesiis cura*

a 12 Qux cum ita sint, reliqua Sancti gesta
munificaque ejus in ecclesiis liberalitatis docu-
menta ex ordine prosequamur. De his laudatu-
Parmenterius, cui vel autographa Nivernensi-
a, ecclesiae diplomata vel corum certe apographa ri-
dere licuit, postquam Hieronymum anno 793
Nievrensem cathedralm ascendisse statuisset, in

Ms. sua Notitia ad annum 806 ita scribit : D
S. Hieronymus, Niverniensis episcopus, reparatis S. Martini et S. Genesii seu beatae Mariae Virginis cœnobitis, cathedralem ecclesiam (anno 806) redæcere incipit. De novo S. Stephani Salviniacensem ecclesiam exstrui jubet, S. Vincentii vero Magniacensem ecclesiam instaurat. *Hactenus ille, laudans in margine Nivernensis ecclesie Cartularium, cuius monumenta hue spectantia, cum necdum typorum beneficio militi prætulerint, non habeo, unde Parmenterii de initio episcopatus Sancti nostri deque instauratarum saerarum ædium anno sententiam aut stabiliam, aut infirmem, quamquam nullus mihi dubitandi locus esse videatur, quin diligens ille accuratissime scriptor non temere gestorum S. Hieronymi chronotaxim in hunc modum ordinari, ipsique adeo in hac re haberet fidem non immerito possit.* Falsus hic ergo fuerit Cointius, dum in Annalibus eccles. Franc. tom. VII, pag. 169 ad annum 811 Nivernensis ecclesie antistitem Galdonem statuit, cum eo tempore jam annis 16 huic præcesset Hieronymus noster; sed et a veri specie longius aberrarit Coquilliis, cum cumdem Præsulem, qui quatuor ecclesiis uno anno re-ficiendis instabat, ita tum paternis tum ecclesiasticis bonis destitutum fuisse, tradit, ut ne quidem haberet, unde se suosque domesticos aleret, sed victus querendi causa S. Martini cœnوبium, quod ipsem ex parte instauravit, adire compelleretur.

*cujus speci-
mina sub an-
num 887
varia dedit,*

13 At ex Herimanni verbis, num. 6 recitatis, c
nonnulla adversum Parmenterium objici difficultas posset, nimurum, qui fieri queat, ut vel tam ab anno 806 Hieronymus tam ex integro, quam ex parte, aliquot sacras ades repararit, qui, eodem Herimanno teste, migravit ex hac vita, cum loca sacra... canonice restaurare VELLET, seu, ut innure videtur, cum ille minime ad exitum sua cœpta deduxisset, ut adeo vel serius, quam anno 806, sacras ades reparare capissee, vel citius, quam anno 816, ut nos cum eo statuimus, obisse Sanctus dicendus sit. Verum respondeo, Herimanni verba chronotaxim illam minime evertere, cum non asserat ille, nullum plane et sacris diœceseos locis ante Hieronymi mortem reparatum fuisse, sed potius, hunc ex hac vita migrasse, priusquam omnino omnes, quas restaurare voluerat, sacras ades, ac nominatim cathedralem ecclesiam ex integro et canonicæ restaurasset, prout sequentia Herimanni verba etiam indicant: Postmodum (*id est*, defuncto jam S. Hieronymo) Jonas episcopus, antecessor noster, in quantum potuit, et tempus dictavit, in ipsa ecclesia (*cathedrali Nivernensi*) laborare non desistit. Nihil igitur obest, quo minus S. Hieronymus anno 806 ac paulo etiam ante reficiendis ecclesiis manum admovisse, nec tamen ante 816 ad exitum cœpta omnia perdusse statuatur, relinquens suo successori pastoralis sollicitudinis, quod imitaretur exemplum et exercendum sue pariter munificentie opportunitatem presentissimam.

44 Ceterum, que ab anno 806 usque ad 813
praelare gesserit Sanctus noster, nusquam litteris
prolita inventi, siletque etiam Parmenterius jam
sepe laudatus, in sua ad me missa Notitia Ms.
Ex dictis tamen dilucide eritur, cum toto hocce
tempore reparandis semper in melius sacris suis
diæcessis locis strenue intentum fuisse, nec inter-
im, ut credi jubet Præsulis sanctitas, ovium sibi
commissarum salutem minus vigili cura ac per se
ejusdem in
Turonensi
concilio pra-
sentia

A ipsum incubuisse, donec ad concilium Turonense anno 813 pro totius Gallicanæ ecclesie utilitate habitum, sese conferre, atque idoneum administrum tantisper gregi suo præficere, necesse habuerit. At sciscitaberis forte, cum Turonensis illius concilii subscriptiones non existent, nec alia monumenta antiqua Hieronymum nostrum inter hujus concilii Patres recenseant, qua ratione nos eum huic synodo interfuisse statuamus? Ad hanc pro responso sit, nos id ea ratione facere, quod habitum illo anno Turonibus concilium unum ex illis quinque sit, que, ut Annalisti Loiselianus apud Bouquetum tom. V, pag. 62 aliisque tradunt, tempore xstatis jussu Caroli Magni super statu ecclesiarum corrigenda per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt, a qua proinde synodo, ubi de summi momenti negotiis agendum decernendum erat, sanctum vigilemque episcopum, jussu Caroli Magni a metropoli sua convocatum, abesse ultra ratione voluisse, nequaquam credibile est. Porro hoc Turonense concilium, non ex provincia tantum Turonensis episcops, B sed et ex trium etiam Aquitanicarum præsulis congregatum fuisse, ad annum 813, num. 204 recte advertit Cointius, apud quem concilii canones etiam exstant, sed, velut apud Labbeum, sine antistitium, qui ei interfuerunt, subscriptio-

ac denique
tempus obitus
declarantur.

B 13 Elapsis a Turonensi synodo annis circiter tribus S. Hieronymus, cum et latos in ea canones sua in diœcesi executioni mandari curassel, seduloque, ut etiam appareat, instaurandis ecclesiis incumbere, mortalem cum immortali vitam commutavit, nimirum, ut laudatus Parmentarius asserit probatque anno Christi 816, ac quidem die 5 Februarii probabilius, quam 5 Octobris, quo ejus festum coli assolet. Elenim in Nivernensi carta, 10 Martii anno 816 data, quam præfatus auctor laudat, comparet episcopus Jonas, Sancti nostri successor, ac proin Hieronymus

AUCTORE
C. B.

ad usque diem 5 Octobris ejusdem anni in vivis esse non potuit. Haud ergo absimile vero est, diem 5 Februarii, qui in Usuardino auctario supra laudato ei sacer notatur, emortualem ei obtigisse, diem contra 5 octobris, incerta haec tuus mihi ex causa, ejus venerationi præcipue fuisse dicatum. Ut sit de hoc determinato emortualis die, ex dictis indubitatum est, emortualem annum cum Cotignono aliisque ad annum 848 differri non posse, ac ne quidem ad annum 818, contra ac Cointius tom. VII Annalium eccles. Franc. pag. 496, num. 24 prius innuerat, quem tamen errorum tom. VIII, pag. 649, num. 6 nobiscum sentiens, his verbis veri amans scriptor, ex parte correxit: Jonas in episcopatum (Nivernensem) sancto Hieronymo successit. In codice Nivernensi duæ chartæ duodetrigesima videlicet ac quadragesima secunda, que Antidium erga basilicam sancti Cyrici munificum prædicanter, Hieronymo proxime subrogant Jonam, et hunc testantur sedisse in MENSE OCTOBRI, UBI FECIT DIES TREDECIM, ANNO QUARTO REGNANTE LUDOVICO HIC IMPATORE, id est, secundum diversas epochas imperii Ludoviciani vel anno Redemptoris 816, vel sequenti. Hactenus Cointius, et recte quidem, E ut jam monui, quantum ad annum Christi 816, quem tamen Sancto emortualem statuere fidentius poterat, tum quod in edita anno 817 Nivernensi carta Antistes noster BONE MEMORIE et dominus QUONDAM Hieronymus episcopus ac præfatus QUONDAM præsus vocetur, quæ voces illum ante annum 817 obisse innuant, tum præcipue et unice, quod in alia Nivernensi carta, 10 Martii anno 816 edita, Hieronymi in Nivernensem cathedralm successor Jonas compareat, qui, uti Cointius loco mox citato subdit, Saviniacense oratorium, quod decessor Hieronymus exerexerat, canoniciis ecclesie sue donavit. Plura de hoc Sancto, quod vehementer doleo, salvo veritate commemoranda non inventi.

DE S. MEINULPHO DIACONO

C BUDICÆ IN DIOECESI PADERBORNENSI IN CIRCULO WESTPHALICO.

F

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

C. B.

§ I. Monasterii Budicensis situs : Sancti memoria in Fastis sacris : Acta a quibus scriptoribus antiquioribus exarata, et quæ edenda.

ANNO VERO SIMI-
LIUS DCCCLVII
AUT CIRCITER.
Monasterii
Budicensis
notitia voria-
que illius et
Sancti no-
menciatio:

In Paderbornensi circuli Westphalici episcopatu Burenam inter et Paderbornam haud procul a dextera fluvii Alma ripa adjacenteque huic, que tribus circiter milliariis Gallicis Meridiem versus Paderborna distat, Wevelsburgensis arce, situm est non ignobile canoniconum Regularium Congregationis Windesheimensis monasterium, quod, quamquam subinde Böddike seu Böddiken, Bodike, Bodiken, Budiken, Budekem, Bodecken, Bodehem, aut Bodiken, Octobris Tomus III.

cken vocatum inveniatur, Westphalice tamen communiter Bodeke seu Bodeken, Bödeke, Bödden, Böddecken aut Bödeken; Latine vero Bödeca seu Bödeca, Bodica, Bridica, Bodeka vel Bodicon, aut tandem etiam, et quidem receptioni nunc, ideoque hic deinceps usurpanda, appellatione Budica seu Bodeca nominatur. Sacris virginibus seu sanctimonialibus, quibus tandem temporis lapsu substituti fueru canonici Regulares, condidit id primum in horrida proprii fundi solitudine, sylvis undique geminisque celsissimis montibus circumdata, S. Meinulphus, ecclesie Paderbornensis